

nus, | T. Pomponius Suavis, | ob beneficium, quo in civi|um numerum decreto o[r|dinis] adsciti sunt², p. s.³ secun[|dum poll]icitationem suam p. d.⁴

Saldis (Bougie) Mauretaniae (VIII S. 20682 = Recueil de la société arch. de Constantine 25, 425). — 1) A. 452. — 2) Cf. supra N. 6604, infra N. 6933. 6932. 7035. Mommsen Staatsr. III p. 801. — 3) Pecunia sua. — 4) Posuerunt, dedicaverunt.

De colonia Saldensi cf. supra N. 649. 662, quos titulos posuerunt col(oni) col(oniae) lul(iae) Aug. Sald. legionis VII immunis (de legione septima in Mauretania deducta cf. etiam N. 6103). — Alia inscriptiones Salditanas dedi N. 5078. 5484, cf. N. 5795.

6876 imp. Caes. L. Septimio Severo Pio | Pertinace Aug. balneae municipum | municipii Aelii Chobae p. p. factae, | dedicantibus L. Aiedio M. fil. Quir. | Victore, M. Aemili[o] . . fil. Arn. Hono|rato Ilviris, a. [pr.]¹ CLVII².

Ziamae in ora Mauretaniae, ubi fuit Choba, rep. (VIII 8375 cf. p. 4906 vidit Wilmanns). — 1) Anno provinciae. — 2) A. p. Chr. 196. Cf. N. 5961 (not. 4. 5). 5965. (Mauretania in provinciae formam redacta est anno p. Chr. 40, cf. Marquard Staatsverw. I ed. 2 p. 483.)

6877 [divo]¹ Aurelio Anto.² | L. Septimi Severi | Perti.² Aug. patri, | pro principatu³ | statuam quam | pollicitus est | secundum acta | publica⁴, P. Vale|rrius Longus | princeps, | P. Valeri Longi | principis fil., | posuit.

Arbal in Mauretania mediterranea, ubi videntur fuisse Regiae (cf. supra N. 5965 not. 4), rep. (VIII S. 24627 = Eph. epigr. 5, 1060 Schmidt vidit ectypum). — 1) Divo vocabulum, quod abesse vix potuit, fortasse scriptum fuit in plintho basis, nam ipsa basis integra est. — 2) Vocabula male breviate. — 3) Cf. N. 6801. — 4) Cf. N. 6847.

6878 imp. Caes. M. Au|relio Anton[|i]no¹ Pio Felici | Aug. p. max., trib. | potestatis, p. p., | cos. III², procons., | divi Pii Severi | nepoti, | divi Magni Antonini¹ | Pii f[|ilio], ordo | piu. (sic) et populares | Alt., devoti numi|ni eius.

Lamoricière in Mauretania mediterranea rep., ubi fuit Altava (VIII S. 24723 vidit ectypum). — 1) Vocabula punctis notata erasa vel eradi coepta. — 2) A. 220. Alios titulos eodem loco repertos dedi supra N. 859. 2607 (cf. N. 4496 not.).

6879 L. Tadio L. fil. Quir. | Rogato | dec., aed., IIvir., IIvir. | qq., Rusg.¹ et Rusg.² | consistentes ob | merita quod fru|mentum intulerit | et annonam pas[su[s non] sit increscere, | aere conlato.

Algerii, allata dicitur ex Matifou, ubi fuerunt Rusguniae (VIII 9250 vidit Wilmanns). — 1) Rusgunienses. — 2) Rusguniis. (Decurionem Rusguniensem habuimus supra N. 2766.)

6880 C. Ulpio C. f. | Qir. (sic) Matern. | aedil., IIvir., IIvir. | qq., omnibus | honoribus | functo, princi|pi loci, aere | conlato, | Oppidon.¹

Duperré, in valle fluminis Chélif, qua nunc iter faciunt Algeria Oran, rep., iam Algerii (VIII 9643 vidit Wilmanns). — 1) Oppidonovani. De Oppido novo donato iure coloniae a Claudio imperatore cf. Plin. n. h. 5, 2, 20; Ptolem. 4, 2, 25; It. Ant. p. 38.